



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

In Cap. Cum apud 23.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

per cohabitationem subsequentem. Eo enim ipso, quod mulier merum passa à viro non discedit, præsumitur consentire. Unde nos iuscit Glossa hic.

*Efuge cum poteris ne consensisse puteris,  
Nam si persistitis, illius uxor eris.*

Et quamvis hic textus meminerit sesquianii, quo sibi invicem cohabitaverunt: id tamen magis ad factum, quam ad jus referendum est; cum sufficiat vel momento temporis spontaneam cohabitationem accessisse, ex sententia Butrii &

Panormi. hic. Idque judex & stimabit ex quantitate moræ & fugendi opportunitate. Idem Panormus & communiter Dd. testo Praeposito hic, quem videlicatus Simile est in promissione per vim præstata, quæ & per liberam solutionem subsequentem casitè purgatur, l. 2, c. De eo quod meus causus

Sed & hoc iure nostro hujusmodi metus purgatur per subsequentem copulam, per textum in c. 1, juncta ibid. Gl. inf. De eo qui duxit in matrimonium & in c. insuper 4, inf. Qui matrimonio accus posse.

### In Cap. Sicut ex literis 22.

#### S U M M A R I A.

1. Sponsalia de futuro etiam iurata solvuntur per sponsalia de praesenti.
2. Sponsalia iurata auctorarent simplicibus?

**E**X hoc Cap. aperte evincitur, sponsalia de futuro (ut Dd nostri loquuntur) etiam iurata solvi per sponsalia de praesenti, id est, per matrimonium subsequens solo etiam consensu initum. Secus, si utraque sponsalia sint de futuro, quæ specie prioribus standum est, per hunc textum nostrum & in c. penultimo inf. eod. Illius ratio est, quod fortius vinculum in matrimonio, propter traditionem corporum, quæ tacite intercedit in matrimonio, non verò in sponsalibus, arg. l. Quoties 15, c. Derei vindicat. Unde sit, ut si utraque sint sponsalia de futuro, prioribus non derogetur per posteriora, cum in utrisque similis proximitate sit.

2. Sed quæstionis est, de duobus sponsalibus, quorum priora fuerunt simplicia, posteriora iurata, utrum posteriora hæc properjuramentum

præferri debeant? Quod non existimat Inno. hic, quem & probat Panormus, generalem hanc regulam inde elicens, quod juramentum non valeat contra promissionem alteri factam etiam simpliciter, id est absque juramento; nullam tamen hujus rationem redduat. Ego vero hanc esse puto, quod scilicet peccatis, qui fidem etiam simpliciter datum fallit, cap. 1, & cap. 3, sup. De pastis. Grave est; inquit Ulpianus, fidem fallere, l. 1, in principio D. De consensu pecunie. At verò si posteriora sponsalia prioribus simplicibus priora essent, ita quod sponsus posterioribus juratis insistere coheretur contra fidem datum in prioribus, juramentum esset viculum iniquitatis, contra textum in cap. Quanto 18, vers. si fallam sup. De jurejur. & can. Inter cetera xxii. q. 4. Est præterea apertum iuris regulas, uties juramentum servandum esse, quoties non redundat in alterius præjudicium, nec vergit in dispensum salutis aeternæ, cap. Cum coningat 28, sup. De jurejur. &c. Quamvis de pastis lib. 0, At verò hoc juramentum vergit in alterius detrimentum, & redundat in dispensum ipsius sponsi, secundum contrahendo sponsalia iurata.

### In Cap. Cum apud 23.

#### S U M M A R I A.

1. Matrimonii contractus est editi prohibitorii.
2. Mutus & surdus non prohibentur matrimonium contrahere.
3. An mutus ac surdus à nativitate.

**H**oc Cap. consultus summus Pont. de muto & surdo, utrum matrimonium contrahere

possint, rescribit, eos posse, eo quod matrimonii contractus sit editi prohibitorii, hoc est, quod omnes matrimonium contrahere possint, qui à jure non prohibentur: quæ loquendi phrasis usus est Paulus Juris in l. Mutus 43, in principio D. De procuratorib. ubi & procuratoris dationem referit ad editum prohibitorium. \* Nullo verò jure prohibetur

hibetur matrimonium contrahere surdus & mutus.

Neque impedit, quod non possit animi sui sensum verbis exprimere; cum sufficiat vel signis voluntatem suam explicasse in matrimonio, quod solo contrahentium consensu constat, *text.*  
*bis & in c. Tua fraternitati 25, h.t. Proinde etiam per literas, sive procuratorem matrimonium recte contrahitur, c fin De procurat. lib. 6.* Idem evenit & in reliquis contractibus, qui solo consensu inveniuntur, ut, quo modo consensus ille exprimatur, sufficiat ad constitendum contraetatum, veluti in emptione, locatione, & similibus, l. 2, D. De actione. & oblig. & tit. In istu ne obligat ex consensu. Ubi tamen per literas vel per procuratorem contrahitur matrimonium, necesse est, ut idem consensus duret, donec alterius consensus accesserit, quod in dubio presumitur. Secus, si

mittentis consensus revocatus sive mutatus docetur, etiam ignorante nuptio sive procuratore. Hoc enim causa nihil efficit consensus ejus, ad quem mittitur matrimonii causâ, ed quod inmittente jam consensus defecerit, sine quo consistere non potest matrimonium, *d.c fin.*

Ex his quoque patet, idem juris esse in cœco, muto & surdo simul à nativitate, cum nec hic <sup>3</sup> ullo jure prohibeat, dum tamen consensum suum signis exprimat Hostiensis hic, quod prudens judex aestimat. Et quod addit Hostiensis vel hac de re consulendum esse Principem, id est, summum Pontificem, sicut factum est in specie hujus capi nostri, id frustraneum esse opinor; cum hoc texu nostro prescriptam regulam habeamus, quod quilibet matrimonium possit contrahere, qui non prohibetur. Vide quæ latius dicam *inf ad c. Tua fraternitati.*

### In Cap. Dilectus 24.

#### S U M M A R I A.

1. Furiosus non contrahit matrimonium.
2. Nisi tempore intermissi furoris.
3. Quid si mulier furore recedente consentiat in matrimonium.

**Q**uia furiosus nullum negotium recte gerit, quod non intelligat, quid agat, §. *furiosus in isti de inutilib stipulat. & l 5, D. De R.* Ideo nec ad contrahendum matrimonium admittitur, per hunc text. & in can. Neque furiosus xxxii. q. 7, quamvis ante legitime contractum matrimonium retineant, d. can. Neque furiosus & l. *Patre furioso 8, D. De his qui sunt sui vel alieni iur.* sicut & dignitatem, magistratum, dominium rerum suarum, l. qui furore 20, D. *Desistat horum & patriam potestatem in liberis suis, d. l. Patrefurioso.* Unde recte hoc textu nostro mulier, quæ cum viro furioso matrimonium contraherat, juberit disjungi, cum in matrimonio contrahendo consensus requiratur, c *Tuanos 26, in fine h.t.* qui interponi non potest ab eo, qui non intelligit, ut est furiosus, d. § furiosus.\* Ceterum tempore intermissioni furoris furiosum matrimonium contrahere posse nemini dubium est, ita quod furor superveniens matrimonium minimè convellat, § *præ-*

terea vers. nam neque testamenta in isti. Quib. non est permis sacre testimoni.

Objicit hic Bernard. quomodo fieri possit, ut quis sine mentis contrahat cum furioso, quod alioquin homini stulti est? Sed recte responderet, id fieri posse eo tempore, quo furiosus est constitutus in conspectu in umbratæ quietis, ut loquitur Celsus Juris in l. *Quod meo 18, § si furioso D. De acquir velabit.* posse hoc est, quo umbram sive speciem præ se fert lauæ mentis, cum interim revera furiosus sit:

Quærit præterea, si eadem mulier furore rece-<sup>3</sup> dente consentiat in eumdem virum, an verum sit matrimonium? Et responderet, non videri sibi, ex sententia Joannis antiqui Interpretis, eo quod desidereretur furiosi consensus, & sic non sit mutuus consensus. Igitur necesse est consensus novus ab utroque exprimatur verbis vel aliis signis. Quare idem erit, si à furioso tempore intermissioni furoris statum habeatur matrimonium in furore à se contractum, nisi etiam mulier simul eodem tempore consentiat, ut recte censem Hostiensis hic. Nam, inquit, consensus est duorum vel plurium sensus in idem & eodem tempore habitus; & probat textus, in l 1, D. *De pactis.*

### In Cap. Tua fraternitati 25.

#### S U M M A R I A.

- Ad matrimonium sunt necessaria verba consensum*

*exprimentia,*

V u 2

*c. Ver-*